



## Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

*H* H N D Y P T C f t e m p o r e .





ERUDITISSIMO QVE DOMINO  
DOMINO IOANNI FALLELIO,  
Præposito Formosellano, Petrus  
Papeus, Salutem dicit  
plurimam.



Ræclarè & velut ab humana sapientie oraculo  
dictum est, tū humanissime, hanc viam ad glo-  
riam esse proximam & quasi compendiariam:  
si quis id ageret, vt qualis haberi veleret: talis es-  
set, quum enim vultus sit quædam mentis ima-  
go & tacitus secundo: animi bene compositi splen-  
dor in vultu se explicans, facile in hominibus  
sui amorem excitat: nimirum virtute sibi conciliante, & supero-  
rum & hominum animos. Quam rem audio superiorum præposi-  
tum adduxisse: vt te cooptaret atq; inauguaret in collegium di-  
gnitatis suæ. Hoc etiam humanos omnes, hoc est Philologos bo-  
narum literarum cultores, ad te amandum, coleendum, suspicien-  
dum compellit. Quapropter ego, tametsi ne semipaganis quidem  
nomen agnosco, ad sacra tua adferre ausus fui carmen nostrum,  
id est Samariten Concediam inconditam rudemque. Sed quia  
actionem eius precipitamus, perendie enim hoc est, postridie na-  
tuitatis Baptiste agere constituimus, celeriter amplitudini tuæ  
mittere fuit in animo. Vt si, qui est candor humanitatis tua, ludos  
nostros praesentia tua cōdecorare videatur, instructior adfis.

Si comiter accipis, erit quod gaudeam: Si despicias, di-  
scam non adeo temere ad tam luculentos viros  
profiliere, sed intra meā me pelliculam con-  
tinere. Vale. Ex athenæo Meniniano,  
decimo Calendas Iulias. Anno  
salutis humanæ sesquimil.  
Iesimo trigesimo  
septimo.



DRAMATIS PERSONÆ.

Megadorus	Senex
Diabolus	Leno
Hedylogus	Seruus
Gulo	Parasitus
Sarcophilia	Meretrix
Cupido	
Bacchus	Latrones
Mars	
Aegio	Adolescens
Eubulus	Pædagogus
Dromo	Seruus
Stabularius	Hospes
Samarites	Adolescens
Sacerdos	
Leuita	



DE SAMARITANO.

ARGUMENTVM

Trimetri

**A** Doptatum Aegionem à Megadoro, illicit  
In amorem Sarcophilię diabolus, opera  
Gulonis atque Hedylogi, quo meretricula  
Potiatur adolescens: deserit Hierusalem,  
Petit hierichontem, cedit in latrones miser  
Dispoliatur mactatur dire usque ad necem  
Iacet relictus semiuius in via  
Viant illac Sacerdos & Leuita, sed  
Medicamen non adhibent: quia vacui oleo erant  
Verum Samarites illac conficiens iter  
Aegro beneficit, vehit in diuersorum  
Pandocheo tradit curandum, & curam ipse agit.

PROLOGVS

**Q** Via Pedotribę est non literis, sed moribus  
Bonis potissimum instituere suum g regem:  
Ad conscribendum Samariten animum appuli:  
Blanditias & gulam vt fugiant: si sapere auent  
Qui illic stat Aegio, in latrones incident  
Elufus ab Hedylogo & Gulone, sic Adam  
Periit gula, dolo serpentis, habens fidem  
Vxori. Cæterum vos adolescentulū  
Mei filiolū, discipuli charissimi: hic  
Latetis in Aegionis perlona. Si enim  
Nequiter agitis semel, in vobis non est sitem  
Resipiscere: Talis opprimet vos calamitas  
Ut neq; sacrificia: neq; quantumvis sacræ  
Literæ queant vos inde eximere, nisi pius  
Samaritanus misertus infundat oleum  
Charismatis, hoc est grariam alni spiritus.  
Ad vos reuertor spectatores candidi,  
Aequanimi estote: prodit in proscenium  
Megadorus, adoptati pater, hunc componimus  
Deo cum patre. Aegio homo est, Eubulus refert  
Rationem, cuius consiliis traditus homo est  
Studet diabolus inducere diuortium  
Quod vt efficit: perit homo, sed restituitur  
A Christo operam date nobis per silentium.  
Actus Primi scena prima Trimetri,  
& ejusdem rationis,

C O M O E D I A

Megadorus senex.

**N**on dubium est quin salutem gnatus oderit  
Quin pessum eat, olim ego impurum illum diabolum  
Lenonem iniquum, pestilentem, pessimum  
Plagiarium, indignum facit, qui sic meum  
Adoptaritium mihi ephebum filium,  
Rerum imperitum, illiciat in fraudes malas,  
Ipsum de hinc video præcipitem ferri:  
Per prona perq; abrūpta nimium lubrica,  
Parabam sedulo regnum, delicias, opes,  
Vxorem, amicos generēq; & potentia  
Clatos, & ingens prælante famulitium,  
Cultum, domum magnificam, rem lautissimam.  
Ambrosiam nectar & duraturum penum,  
Perpetuum in æuum: vt Cleopatrae cibos,  
Cupediasque opiparas, adiposas dapes  
Cereales menias, ganeata Siculaque  
Fercula, vel ymbras, vel potius dicas nihil:  
Præ illis meis quæ destinaram filio.  
Hæc patui si quis æsimet, addideram dies  
Non protoplasti, vel senis Marhusalem:  
Non Aesonis, vel Tithoni, vel Neforis,  
Quis vita morbis, cladibus, doloribus  
Iactata vexata fuit exagitataque,  
Sed nostro in regno, morbis omnibus est loci  
Nihil, at vt his tantis præ commodis, miser  
Præuerterat inepta penitendaque gaudia.  
Diabolus illi illic mastigia, id autor est.  
Hem flagitium hois, meæ atram familie  
Pestemque perniciemque, nostrum siccine  
Corrumperet par est, sed virum decet grauem  
Animi impetum, & dolorem acerbua reprimere.

Actus primi scena secunda.

Trimetri eiusdem generis cum uno

Septenario Iambico.

Diabolus, Leno, Gulo, Parasitus,

Diabolus.

**E**quid portentii nostris adulget oculis,  
Videtur ex eorum me hercle quidem grege,  
Qui illudunt callide homines sycophantij,  
Ut appido detrimetosa est improbo  
Homini, lubrica lingua? Culonem sumum inçum

Lædoria

DE SAMARITANO.

Lædoria pene imprudens perstrinxeram.  
Gul. Vach coruos albos, & nigros cygnos: videre erit  
Leporem nunc capiet cancer, nunc aurum pluet,  
Et quicquid est optabile euax. Diab. Quur? Gul. Quia  
Prisca reueluuntur tempora, seculum aureum  
Recurrat, Saturnus redit. Diab. Optem Delium  
Natatorem, aut Appollinem, sive Oedipum:  
Qui perplexos enarret gryphos mihi tuos.  
Gul. Omnes modo agminatim virtutes polo  
Relapsæ, hominum omnium imbuent corda. Dia. Quid ita?  
Gul. Rogas? tu qui in calumniam trahis omnia,  
Et aliò vorsum semper dicta, factaque,  
Interpretaris, quam quo hunc, disseris  
Grauem sententiam: belle euge philosophæ,  
Ut grauiter metuis & ciuiliter, ne qua temere  
Effutias, per ipsum redditura jugulum?  
Diab. Au pseudole, nequid opprobres: satis monet  
Similitudo. Atrabas si ego tu Munenius,  
Si tu Bithus, ego Bacchus, trahimus idem  
Jugum ex æquo. Gul. Vera loqueris, eodem ouo sumus  
Prognati, & in eodem ludo edicti simul,  
Farinae sane eiusdem, & consecranei.  
Diab. Graculus est graculo, Attabas Munenio  
Connactus, & vulpes vulpi, & lupus lupo.  
Gul. Hem sartor scelerum. Diabol. Au sator & messor criminum.  
Gul. Virtutis osor. Diabo. Sarcinator malitiae.  
Gul. Veterator pessime. Dia. Dissidiæ & iurgiæ leges:  
Sed heus, inopinantes nos penè hic Aegio  
Opprescit, latius alijas erit locus  
Connugandi: institutam fabulam interim  
Saltare pergamus, curemus scilicet  
Hierichontem petat, contempta Hierusalem.  
Gul. Restè mones, tum erit insultationibus,  
Et contumeliis opportunus probe.  
Diab. Gymnasium fiet flagrorum & plagipatida.  
Gul. Deglubemus eum, vsg. ad mortem multabimus.  
Diabol. Tace, ne insidiæ oboleant: lupus in fabula est.  
Insidiæ manifestæ cadunt fere irritæ:  
Sed captemus, quid secuna solus musfitet.  
Gul. Tu illuc concede, huc me illatebrabo ego strenue.  
Actus primi.  
Scena tertia.

C O M O E D I A

Ægio adolescens

**M**iserum me, quem seuterus tam miseriis modis  
Pater afficit, me iuuenem amoenum & cupidum  
Vult alienum esse omnibus amoenitatibus  
Amœna amœna quas adolescentia  
Fert. Iure vetet eodem, ignire ignem igneum, &  
Fame famentem famere, atq; siti torrida  
Sitiuentem prohibeat sitire, sed & vetat  
Mandat ieiunio macere, & inedia  
Fraudare genium, gemere, opes profundere  
Ægenis erogare, bene velle, & etiam  
Benefacere tam inimicis, quam suauibus  
Amicis indiscriminatum præter hæc  
Hydroposiam chameuniam, abstinentias  
Vigilias, illicia iugeis præscribit preces  
Velim excussum hoc tam intolerabile iugum meis  
Humeris, feram ne tam duri imperium patris &  
Non faciam, non feram, æternum valeat pater  
Catoniana cum disciplina, mea  
Nil refert: verum enim uero prope dum intuor  
Nimium impudenter videar facturus, patris  
Inique haud sunt leges, at apprime utiles  
Illis parantur defecata gaudia, ac  
Solida consortia diuum immortalium.  
At quam libido fert voluptatem hominibus  
Quum pœnitenda est: tum felle uberrima scatet  
Bonis quispe omnis enereticulum & ouium  
Esca est maloru m nodo explicabili  
Illaue ans incautos nimis ach miseris modis.

Actus primi scena quarta

Ostionarij Iambici.

Diabolus. Leno. Gulo. Parasitus.

Diabolus.

**E**hem ganeo, Gul. Ehem lurco, Djab. pure pute sycophanta.  
Gu. Eho (dedit)  
Cedo quid Philosophi illum esse censes. D. hem sui gustum  
Ingenij, etiam si anguilla sit pressabimus, tenebimus  
Folio vt aiunt ficalno. G. E. mafsa nullo se expediet dolo,  
Vt vt palpitet & luctetur & omnes scrutetur rimulas  
Dia. Titubantem de gradu deturbabimus horrida dein mala  
Coniiciemus. G. Reuerebere videlicet hominem, hem graues cate  
Loquitur sententias, putes philosophum. Di. tertius est cato  
Pictatis

DE SAMARITANO.

Pietatis vitor, vach cultor volo dicere, in æquo labilis,  
Dico stabilis, in flagitiis alacer. O ho iterum acer puto  
Vt sepe pecco lingua incauta mentem precurrit. Gul. Age age  
Dia. vitii impetus, ceu cautes fluctus maris inconcussa, reicit  
Solidam super petram fidei, edicauit solerter domum,  
Quæ nec turbine, nec aquis torrentibus, aut ruuitibus imbribus  
Pulsa cadat. G. Sancte vero. Dia. Quid super arenam aïs scelus?  
Gul. minime vero. Di. Probè nunc quidem at illum Thalente ins-  
tantibus  
Doctisq; canibus compellemus in plagas, sed tempus hinc  
Negotio est legendum, nunc Eubulo iunctus est suo,  
Propterea adhuc nostra sunt contrahenda in arctum copia,  
Atq; instruenda vt opportuniore dimicent loco.

Actus secundi Scena prima  
Aegio Adolescens. Eubulus Pedagogus.  
Scazontes

Aegio.

**D**abolon Eubule animo dixtin intento  
Meam in fraudem? Eu. Admodū. Aeg. Qui raptet afflictet,  
Extingat me? Eub. Sic. Aeg. In me patris ingentes  
Deriuet iras? Eub. Oppido studet te ex hac  
Hierusalem elicere, ex pace bona, in amentem  
Hierichonta hoc est extemas in erumnas  
Vbi luctus fremitus, meror, calamitas, angor  
Et faciet: nisi caues specie boni. Aeg. terres  
Mc. Eub. Terribilis profecto est eius immane  
Ingenium sanguinis atq; cladis humanae est  
Inflatiabile, proin monui & denuo edico  
Protestor, denuncio, caue sis, quasi dirum  
Anguem effuge, quasi pestem morte praesenti  
Grassantem subdolus, yafer, acer, asinus,  
Blandus, seuerus, comis, durus, instructus  
Paratus in omnia fraudis monstra, ceu proteus  
Varius, mentem obtinet polipodis, ignarus  
Attemperat se, & vt anceps aream spargit  
Dulcibus escis: blandicias ille item obiectat  
Dum super inducat casses, & necet prædam  
Pusillanimes & studiosos voluptatum  
Sic irretit, magnanimos bile flagrante  
Percit, truditq; ad sclera mente cerita  
Alienat à se, hoc est à mente mortales,  
Quos caprat, à deo prorsum auocat, quodsi

C O M O E D I A

Patri Megadoro pares:qui te adoptauit,  
Suumque dici, hac solum lege tantisper  
Vult: dum facias quæ te sunt digna: proch summe  
Deus, quām solidā tibi parata, quām tuto in  
Loco tua stat salus locata: sin firmas,  
Secusque inducis animum, vt audias illum  
Extemplo te abdicabis, pacēta refindet,  
Morieris: mors inobedientibus pia fæsto est.  
Viue itaque, & illum auersare, hæc pater mandat.

Actus tertii Scena secunda.

Senarij Iambici.

Diabolus Leno.

**I**Ta ne depingor? itan propinor? me ne iam  
Denique defistere incepto yictum meo?  
Quin in maiores instabo insurgere dolos,  
Nec aperio decernam Marte: sed alia via,  
Aliaque ineunda est ratio. Si quid te iuuat:  
Nec qua insists succedit, frangier animo  
Miserum est: alia est tentandum, destinabitur  
Gulo atque Hedylogus vasei huic prouinciae.  
Qui lenociniis, obsequiis, salibus, iocis,  
Facetiis, ludis, amicitiis, bus,  
Virilis paulatim effringant robur animi,  
Post ego succenturiatus, omnes machinas  
Adhibeo, nec denique labor erit irritus.

Actus secundi Scena tercia.

Octonarij Septenarij, & Senarij Iambici.

Hedylogus seruus. Gulo parasitus

Hedylogus.

**Q**VAM iniquè comparatum est, vt quibus minus sunt pro-  
spæ  
Res, ybi semel inclinarint ad mala, statim adglutinent  
Se confertim mala res aliæ, calamitas adhæreat  
Calamitati, vt trahit annulus annulum, en ego deprimor  
Seruili conditione, quæro, fero, refero, tundo, molo,  
Obsono, curso, circumcurso, vocatum eo adolescentulos,  
Concilio adduco, delicias facio, excarnificante interim  
ventre: exin nequid vorem in fame: alegor aliò foras.  
Cymatum vt redi seritur, gliscit rixa, iurgium

Feruesci

DE SAMARITANO.

Feruerunt composito, calumnia mihi intenditur.  
Edundi pugni lorumque offeruntur, rapior & vimeus  
Fio, vel si pugillus (quod rarum) atri obicitur panis, aut  
Vitiati casei: oculis emissitiis mox me impetunt  
Configunt vultuosi, aiunt seruum bone frugi, qui edat  
Parce, laboret sedulo, usque cantilenam hanc occinunt  
Parit satias ignauiam, stultitiam, malitiam,  
Si vescor audius: in ore bouem gerere, modestius,  
Si forte ligurio, fastidire me iurant simul  
Omnes, nunc praeter hec intolerabilia infortunia  
Latrante stomaecho, hiantibus longe latè ilium cauis  
Me Hierofolymam legavit herus diabolus: ut Aegio  
Nunc felix impulsore me mutet coloniam.  
De esu nihil, viaticum non dedit: insaniam,  
Quid potius faciam exenteratus effractus famae?  
Tum mordace excipit nostram dipterio inediam,  
Ut illam dij omnes eradicent stirpibus  
Emolumento est famelicus, ait feruus venter artifex,  
Quid non efficit? coruos, picas, psittacos nostri subigit  
Sonare verba, varias meditando artes iubet extundere,  
Qui delicate nutrit seruum: contumacem sentier,  
Qui pereat funditus cum illa disciplina, hic dies  
Tertius est postquam ariditate crepito, leiuinio  
Conficior, fame tabesco, aridior punice nam sitim  
Ut non Bacchus, Achelous facile sedat, cæterum  
Fames molestus interpellator quam viri nullum modum  
Didicit seruare venter ille improbus. Gulo. Hedylogum mihi  
dari in  
Conspicuum gestio, quo ex vsu viriusque illud quod siet,  
Cum eo colloquar. Hedylog. Est ne illic Gulo? certè est o para-  
filatum  
Columen salve. Gul. Hem gymnasium famis. Hed. O inedia  
Colonia, ecquid suboluit præda tibi? Gul. Nisi narium sagacitas  
Me fallit, olet. H. quid olet. Gu. quid oleat? Imperitus calide  
Ludificandus iuuenis. Si id odoraris non pituitofus es,  
Nec reumatismo infestaris. Gu. Porro quasi piscis, itidem est  
Verriculo conuerzendus, & paulatim prolixiendus in  
Amorem. Hed. Nihil est hic loci oscitantia atque ignauia,  
Sic est hominis animus formatus, & factus probe  
Philosophicis sententiis; nisi vulpina circumuenis  
Techna, magis egeris, ut qui perito tendit retia.  
Gul. Intelligo primum mens eneruanda, deartuandaque est,

Salua

C O M O E D I A

Salua mente,in munito est constituta homini salus  
Effeminata vero it persum momento leuisimo  
Hed. Ita res est deliciis & palpis percutiendis est, proin  
Assimulabo præstigiatorem, circulatoris mihi  
Personam sumam, ioculares effutiam sales  
Prostrebos artem thessalicam carminibus, herbis fascino  
Nihil non pollicebor tamen orationi tum vide vt  
Subseruias apposite, si partes prestat recte tuas  
Verba dabimus, faciliter utem ad esciam rem commode  
Te attempera. vtq; ventus fuerit ex in velum verteris  
Gu. Vtramq; in aurem dormi curabitur, ytar foro

Actus sequundi Scena quarta

Senarij omnes.

Agio adolescens Eubulus

Agio.

**A**Rcte qui habetur filius, pro incommodo  
Paruo quod nunc est, commoditates sentier  
Post olim solidas, grauidasq; suauissimis  
Venus statibus, hoc pro me imprimis adducit: vt  
Patris feram imperium, in officio me hoc tenet  
Vehementi auctoramento, verbis consequi  
Nequeo, quantopere trahat paternus candor, &  
Quam gerit erga me sollicitudinem piam.  
Quod patrium est in uitia, monet obsecrat deus  
Interminatur, iterum promittit bona  
Daturum in officio manenti. Itidem mala  
Cumulatisima capturam me: si à munere  
Discedo filij. Eub. Viso quid agat Agio  
Sed ecum, per quam opportunè te querito  
Quis agis? Aeg. In cogitatione hæret animus  
Atq; in pauore. Eub. Multis expedit in metu  
Esse, beatus qui semper est pauidus, tamen  
Quid est quod maceras te? Aeg. Grauiter territas  
Inculcas, obtundis, de eadem ipsis  
Re, nescio quam aduersum me fingi fabricam  
Versare diabolum in caput meum dolos  
Metuenda verba blanda, nequaquam aspera.  
Eub. Repte sane, quandoquidem veluti toxicum  
Auro gemmâq; haud in fistilibus vrevis  
Bibitur, idq; ora poculi circumlita  
Melle, ita animi venenum præsens dulcibus  
Latitat in verbis, in picto teclorio

Sermo:

DE SAMARITANO.

Sesmones blandi præferunt imaginem  
Bencuolentis animi, sed furtim destruunt  
Mentem atq; omne bonum, hinc deliciae, ludi, oci,  
Libidines illecebræ, propulsanda ei  
Suis qui rebus ritè consultum velit.  
Aeg. Iste res est, verum male me habet, quod quasi  
Mali præfigus instantis, toties ait,  
Nisi caueo fucum: os si sublimitur mihi  
Deciderim grātia, in me cuderet faba  
Nec, quod duru m apprime est ingenuo homini suam  
Solum pro delectamento, aut ludibrio: at  
Male multabor miser, tundar odiofius  
Ptisana in pila, feriente pilo desuper.  
Eub. Cauto est opus, ne tanti particeps mali,  
Tam inamabilis hæreas, (vide cautum) in luto.  
Aeg. Abiit, eandem cantionem recinuit.  
Vach toties officij memorem mouerier?  
Men sutelis posse capi sicophanticis?  
Apage, haud capiat quidem: obfirmavi animum adeo  
Et præmuniui, in portu tutus nauigo  
Actus tertii scena prima.  
Senarii Lambici & Trochaici.  
Gulo parasitus.

V T nunc hominum est fides, par est quæstum ad suum  
Vnumquemque esti attentum, vigilem, callidum  
Seruare si cuiquam datam pergis fidem  
Ad raftos tua acturum res redierit, teres  
Digitulo salinum, ego sum mihi met proximus  
Per fas nephias si possum prospiciam mihi.  
Parare studebo chicanie etiam incommodo  
Hedylogi, nec quicquam verbis eius subseruiana  
Aduersum eum volens prudensque conferam  
Orationis aciem, atque aduersabor sedulo.  
Si facio rem, dentibus si quod molant paro  
Ille nihil feret patiarque me vel ringier.  
Si non progreditur institutum sub manus:  
Tum demum aptabo me scenæ atq; fabulæ  
Accommodabo, fucis mantellum obuiam  
Aliquod meis erit, concendo in editum  
Hunc locum, vt frequens huc ad me concio confluat,  
Verum quid potissimum, vnde accedat spes lucri  
Hic pollicear, aut communiscar, hoc ne' non

Placet

C O M O E D I A

Placet, illud: haud expedit: hau quid si sic nihil  
 Minus, hem quid illud: friget, deniq; reperi  
 Res compendiosa veritas est, sanctaç.  
 Nimirum superiorum conciliat & hominum  
 Animos: ipsam sectantur, inquirunt, amant  
 Hinc quæsum facere, & hinc vistum corraderet  
 Contendam hodiernum: accurrite mortales bonum  
 Summum adduco venale(euge en numerus bonus  
 Hodie procedo pulchre) nempe coclicam  
 Illam veritatem eam tenete, State quid  
 Fugitis: quum manete, stupidiores caudice  
 Sunt, parieti loquor, odiosa est veritas:  
 Tamen obstinate ut cœpi propositum prænam.

Actus tertij scena secunda

Septenarij Trochaici.

Hedylagus      Gulo      Eubulus      Egio.  
 Hedylagus.

**A** Gite, si quis est mortalium cui libitum fiet,  
 Monstra cernere, spectra, portenta, & rerum miracula,  
 Adsit huc, me videat, obseruet me miretur, dabo  
 Mira prodigia, in taurum, asinum, ceruum, suem, aut lupum.  
 Si velis quem abire, Iuppiter sum efficio quod lubet.  
 Hermes Trismegistus, & Zoroastes, Hecate, Colchis, &  
 Circe, Sagana, Camidia atque Pfelli, & Marsi in me sua  
 Omnes contulere uno beneficia animo, me suis  
 Artibus atq; dotibus imbuere. Gu. Contra fluminis  
 Cursum nitor, & aduersis agitur ratis mea flatibus.  
 Ego desfatuor, hei gregatim ad illum populus conuolat:  
 Quin hinc me amolior: qui quem occipit quæsum moret?  
 Est meo egre animo, illi sine me obtingere quipiam boni,  
 Proin turbas ciebo. He. Hermaphrodiros & Tirefias creo,  
 Et dapes pasetis præbeo. Gu. Nuge, somnia, fabulæ:  
 Hed. Vbi volo, incanto vesaniam, excanto prudentiam.  
 Verum enim ne timueritis, vestram ne pecuniam,  
 Carmibus meis crumenis è vestris luc euocem,  
 Hercule non faciam. Gu. non hercule faciat, etiam maxime  
 Si velit. Hed. Diuitias si quis expetat: magis hercle  
 Sum dexter, gygis polliceor annulum, atq; virgulam.  
 Diuinam. Gu. Aureis diuitat nebulo farris centonibus.  
 Hed. Qui rapi à Veneribus, atq; optari à regibus gener,  
 Et quicquid pedibus tetigerit, mox fiat rosa postutat.  
 Phyltra, pocula amatoria postremum omnes dabo gratias.

Gu. Gero

DE SAMARITANO.

Cu. Gerra germanæ, & λῆσθαι λύρων. Hed. Si pericula  
Omnia omnis immunis mali transire gestias  
Præsentissimum offeram amuletum, & baculum laureum.  
G. Maximus nugator, fascinator ignauissimus. (is perditus.)  
Eu. Quin inquam mane, mane obsecro. Eg. Maneā. Eu. Quid te  
Eg. Perditum? quid hauriam tantum mali, nunc si audiam  
Paululum facetiari, & nugari, animi gratias?  
Eub. Perieris si quæ ille fabulatur, immittas tuis  
Auribus. Eg. Logus me perdet vnum? Eub. Vnus te logus  
Inquam perdet; idq; nō repente, at sensim ac clanculum.  
Name; vt carcinus malum immedicabile, rotum haud corripit  
Continuo corpus: nec hominem protinus phthisis necat,  
Sed mala hec serpunt, diesq; aliquot exitio proferunt,  
Si colloquia prava, herbescentem segetem mentis bonæ  
Paulatim necant. Aures igitur tuas nih claueris,  
Delicatis, mollibus, ineptis jocis; heu claudier  
Fontem sentiet benignitatis patrie tibi.  
Hed. Deliros acheronticos senes, etiam qui iam alterum  
In charontis cymba posuere pedem, reddo prifing  
Quum libet iuuentuti, Medeæ exemplo nobilis  
Fando si auditis cepisse rejuuenescere. & sonem  
Medeæ opera. Cu. Ne frontem impudenter perficit scelus  
Confidenter enim garrit, cuius neq; pes compareat,  
Neque caput, bibit vel ex gallo amne vel larus-atraque  
Bilis agunt hominem, mitte & sonem at Peliam vide ut perit  
Illi dum parat iuuentutem Medeæ reducere, hic  
Aureos promittit montes, mellaque & hibleos fauos,  
Quis neq; apiculam, immo aut plumbeū nummū ne habeat quidē  
Eg. An flagitium est festiuis leporibus operam dare  
Exiguam? Eub. Sub omni lapide scorpius dormit tibi;  
Infidias vbique tendit diabolus, proreptat &  
Querit rimulam angustam, qua blanduli lenocinij  
Insument, vel semivnciam, quam quum transfinerit,  
Iacet enermis animus tum fenestram amplam libidini,  
Pandit omnem ad nequitiam: vitiorum erumpunt agmina,  
Parua initia eorum erant: qui sunt nunc perditissimi,  
Per gradus serpit malum: ut cepit resiste in limine  
Opprime dum noui est. Eg. Ach tu enecas me religio irrita est  
Excolare culicem: si camelum teneré glutias.  
Non recte ex anguilla peiorem facis angue viperam.  
Eub. Ach si sapias & gio: liquido sanè & facile intelligas,  
Demissa in annum tenerum iocularia quantum efformarent.

Illecebra

C O M O E D I A

Illecebra illecebram parit,Lycurgus & Cato & Helias,  
Ad nequit iam possunt si auscultent profecto adducier  
Aeg. Aufer isthac,etiam si alliges me tormento ferreo  
Non me retineas.Eub. Ea manc,abist operam perdidisti  
Hed. Tam capitalis nemici est hostis ,quon si libitum est mihi  
Concepis queam verbis sarcire integrè gratiam,  
Et redire cog am in gratiam longe efficacius:  
Quam aut Iunonis aut Veneris cestio. Gul. Ut ei dñ malū diuntur  
Sic hiberas nugas,atque portentosar nānias  
Blaterat.Hed. En ego me compāro vt specimen dem artis meæ.  
In manu mea vestri sunt animi confestim sacros  
Vt sulurros murmūrātūr,yos vel ingratiss mīhi  
Conciliāuero,quon momus ille sentus, squalidus  
Et fame æger nimia , qui nunc iam ex diametro pugnat in  
Me,odium ponet,dextram iunget,fauebit candide.  
Gul.Vt confidit fascinatōr tenebras cudit, verba dat  
Hed.Accingor: date operam, si non re ipsa comprobaueror:  
Quæ expectatis: sim ridiculis asinus inter firmas.  
Iuppiter,Venus,triadēsq prospere reducite in  
Gratiā amulos,Mercurio dextero internuncio  
Iras,carmina,atterite mea, tu mīhi qui male vis,redi ad  
Mentem λνθιταιροπ τὸ δρκορ σπιτιτι πός τομ βρόχόν  
Sincretismus ē re est nostra,non pugna,at pax fert lucrum  
Spectatores hoc nisi carme,plane erga me candidos  
Vobis infudit animos,multate,occidite funditus  
Me.Gul.Satius profecto est cum homine intre gratiam bonam  
Quippe ei si commoda congruunt:vt propitiōs deos  
Dexterōsq habet: recipiat in partem consortij  
Album addo igitur calculum, Theseus redditus ex zoilo  
Hem,tuis sum,non meus,veneficiis ita me tuis  
Alligasti,tu qui hic consutis lemurum & magicis dolis  
Adstas.Hed.Immo equidem,tunicis confutis adsto non dolis  
Gul.Hau,hau,homo tum sanus es?qui tunicis hic adstare te,  
autumas,non pedibus.Hed. Callidē hercle tu atqui men vides?  
Haud assūm pedibus.Gul.Ita profecto elixum te maelim.  
Aeg.Euax lepidos homines,delicias loquuntur & rosas  
Merorem exturbant,animi propulsant ægritudinem.  
Gul.Hem,nunc tu illud insta , est noster , inhiat escam , hamum  
vorat.  
Hed.Exemplum artis en aliud mea ouum hoc hic quod cernitis  
Auferendum ad antipodas stigiis mandabo manibus  
Et fieri.Aeg.Papa.Hed.Proserpina Pluto Alesto Cerberē,  
Auterto

D E S A M A R I T A N O

Auferte hoc hinc quo volui foras, videt in demones  
Obsequi nobis? heus reddite hoc idem. En iuberunt  
Iterum hem mando, vt huius sit, penetrabile mox annuli  
Liquido cernitis: quam prompti, quam præsto vsc obtemperent.  
Proinde sumite hoc cænaticum genij parasitici  
Pro vestra bona opera hostimentum leuc, adeste heus denuo  
Efficite hoc vt lintheum ardeat: neq; tamen incendio  
Vlam contrahat labem, en igne ardet, & immune est mali  
Omnis, ecce mea ipse capio, contineo seruo manu  
Ignem ille sus impund. *Eg.* Hei, quo munere hic non dignus est  
Gul. Liberali me hercle tu quidem prædictus es indole.  
O magne spei expectationis, adolescentule.  
O olim tui quanta ingenij decurrant flumina:  
Quam clare impetus virtutis edas, nisi retunderet,  
Reprimeretq; acumen istud, inhumani iugum patris?  
Hed. Maceti animi iuuenis, nusquam ars tantam laudem inuenit  
mea.  
Nec parauit amicos præter te, tam stupidos, caudices,  
Plumbeos, inertes lapides fungos, atq; imagines  
Hominum videoas verius quam homines: apud quos sit fame  
Pereundum, priusquam his quicquam suppeditetur artibus.  
*Eg.* Vach tantas adeon iacere artes? ne formidat tibi  
Virtus vt desit, curaberis à me, quin penarium  
Potius compilabo patris. Este animo interim bono,

Actus tertij scena tertia,

Trimetri Lambici.

Megadorus.

**H** Vi quidnam hoc est? quæ istheç est perturbatio?  
Et precipitantia? Iamdudum incursum domum  
Accurrit filius, exanimatus, insolens  
Anhelans, penè effregit foribus cardines,  
Raptim in culinam se dedit ubi, nescio  
Quid, nisi surripuit quicquam escarium. Inde tum  
Foras exemplo proruit se, hoc vt mali  
Portendat quippiam, animus anxius in metu est.  
Argumentum est mali importuna celeritas.  
Vach, cui nunc credas? Ita tara est homini fides.  
Nam pædagogo gnatum Eubulo tradidi  
Seruandum, formandum, imbuendum moribus  
Atque literis materia artificem scilicet  
Probum adhibui, hoccine est boni officium viri?

C O M O E D I A

Sine arbitrio inconsultum,incomitatum,vagum  
Sineret quod fert libido,quod impellit animus:  
Expostulabo grauiter hanc licentiam  
Cum homine,verum est ne hic quem video coram:ipsum est,  
quo rem resciscam;vti se habet,exploratus,  
Assimulabo quasi nihil horum nouerim.

Actus tertij Scena quarta  
Senari eiusdem generis cum uno septenari 10  
Eubulus Megadorus.  
Eubulus.

**A**T quid agam nec quid tentem sat scio,  
Iniquiore nunquam quod sciām in loco  
Fui,quām quo nunc sum,adeam ne & faciam patri  
Palam,quantum expērge facit malum Aegio  
Sibī an cālem loquar ne incendam acerrimum  
Ita acre gestat acerum in pectore,taceam  
Quasi huius adiutor nequitiae:deputer  
Quouis supplicio dignus,si refundere  
Flagitia discipulum in magistros assolent,  
Prætereā vbi reficerit:adeo commode  
Fortasse tractet adolescentulum:utō  
E cenoso eliciat,atq; à me amoliar  
Simul crimen,at vbi inueniam iam herum sed heus  
Ellum,here salue.Meg. E quid noster? hem tum pedem abeo?  
Eub. Heu here.Meg. Quid lachrimas saluus ne es? Eub. Velle  
quidem.  
Me. Me miserum perii,periiit:Eub. Haud vt tu autumas.  
Animi laborat egritudine.Me. Oh quid audio.  
Eub. Disciplina iandudum nostræ transfuga,  
Ad parasitos,nugones,ad veneficos  
Circumforaneos atq; magos deficit.  
Illi operam dat,adhæret contumaciter  
Me reicit,fasidit,odit,despuit.  
Meg. Heu tales natus est præceptores capra  
Gladium.Eub. Megadore affectat ad crimina vjam  
Per angportum perque anfractus deuios  
Amenis iam nunc hac se proripuit,nescio  
Quid cœlatum sub chlamide gestans,sequor  
Quo ruis inquam.Eho dum ad me,relisite paululum  
Ille obscurere amabo mi Aegio yolo  
Te paucis,tantundem,fugere ipse quasi lupus  
Clamorem,iamque se ē nostro subtraxerat

Aspectus

DE SAMARITANO.

Aspectu,Megadore Megadore.M.Lachrimas  
Vehemens mihi absumit dolor,hæc est diaboli  
Techna hanc exorsus est telam,quo illum auferat  
Nobis nec faciet.Eub.Aspurgis aquam.Me.Spe trahor  
Non parua illum porrò affuturum salutum,ybi  
Iuuentus refixerit,vbi ponituit sui  
Animo morem nunc gerit,olim sapient tamen.  
Porro meditata & formidata,aduersa sunt  
Omnia mihi,Itaque finge,molare,effice  
Opera consilio industria,quantum potes,  
Reueat dehinc in viam,quod si te sensero  
Officio deesse:nec conari sedulo  
Hic,intellexisse exempla haud leuia manent  
Te,abs te,si pereat,eius sanguinem exigam.  
Eu.Bona verba quæso.M.Quod res est dico.Eu.Dehinc  
Operoso & vigil te esse animo Eubule impero.

Actus tertij scena quinta.

Hedylagus. Gulo. Aegio.  
Senarij Iambici & Trochaici,  
cum uno Septenario.

Hedylagus.

**M**Alum igitur à me mendicas tibi furcisere?  
Faceste,sis à me,abin.Gu.Abeam?He.Quid tibi rei  
Hic est?G.Nempe quod in balneo cani,hoc idem  
Esse censem hic mihi?Hed.Nempe idipsum,echo mihi  
Non licere rem meam me solum vti,volo  
Loqui atque cogitare te sine arbitrio?  
Quid tu malum me sequeris?Gu.Decretum est mihi.  
Quasi umbra item quoquo tendis te persequi.  
Hed.Quid si directus hinc abeam in malam crucem?  
G.Est certum mihi tecum ad crucem usque pergere  
Teque si detrectet carnifex:suffigere  
In sublime,qui pascas coruos.He.Quid restitas?  
Amolieris te hinc,malum,heus umbra?G.Siquidem  
Pradam ex æquo facis dimidiati,quaæp me  
Contigit,partem actutum das.Hed.Siquidem tibi  
Infortunium dabo:nisi hinc te protinus  
Aufers.G.Tum me tum verbis proteles tuiss  
Ne siam lucri,qui & laboris particeps  
Fui.Ae.Opportune huc contuli me:vt fabulam  
Hanc spectem,& suauiter arbitrer.H.Cessas loqui  
Proteruerunt tantum si lubet:hem cape,tange sis

## C O M O E D I A

Gu. Ne me irritasses: crabro sum irritabilis  
Fames & mora bilem in narēs mihi conciunt  
At contumelia ista acuit iras. Hed. Itan  
Verō auferas: heus carnifex? Gul. Trifurcifer  
Feris: hem tibi, tu quoque vicissim vapula.  
Aeg. Ha ha he dum velitantur, certant, raptitant,  
Et discernunt pugnis rixisque: vter cibo  
Potiatur: hic vt solus, ille fortis in  
Partem, vter recipiatur, vterque à cibo excidit  
Ex ipsis suis bolum amisere faucibus  
Feruercente enim certamine, en vorax canis  
Aduenit, rapit depositam humi escam, atque illico  
In pedes se dat, risu emorior, quam gaudio  
delibutus est Molossi animus: vortit bene  
Ipsi profecto, at illis infeliciter  
Vt vulgo solet inter quos male gratia coit,  
Perniciosa omnibus est semper contentio.

Actus quarti Scena prima.  
Octonarij & Septenarij Iambici.  
Diabolus Hedylogus  
Diabolus.

**V**it tandem meos inueniam: ybi nanciscar: differam,  
Dilacerabo infortunis, vach tam segniter ac frigidè  
Mastigias delegatum fibi curare negotium?  
Tanta ne molis, tantæ industria, imperitum omnis rei  
Iuuueni ad nequitiam pertrahere atque persuadere, quo solum  
Vertat. Hedylog. Quis hic loquitur? nullus sum, herus est quā  
vitam aut hic non sit, aut  
Ego alibi, tam edepol est toruus, si sinapi vicitet,  
Adeo hercule triste in reddi posse nunquam centeam  
Iracundo Iracundior Hadria: Stentore clamosior,  
Minus quietus Euripo, nequit consistere,  
Ita est homo, semper iurgat, turbat, mulcerat, malo enecat.  
Quid vis potius quam tam violentum imperium perferas,  
Sed cesso me hinc surripere? eia age subita te mox subtrahe fug<sup>a</sup>  
Hedylog. Diabo. Quem malum audio hic: tam nequitæ & cri-  
minum  
Caput, talaria induas, surripiasq; hinc te protinus?  
Vos querito stabula flagitiū adeon cessatum oportuit?  
Hed. nondum laqueis inclusisti illum ter beneficiz  
Hed. Non potis est sic Eubulus Paxdagogus instruit, monet,  
Infidias

DE SAMARITANO

Insidias indicat, nostrisque clypeum telis obiicit.  
Diab. Furifer iniecam tragulam seni, factamq; fabricam  
Oportuit, & electum omnem à parendo discipuli animum.  
Id si succederet minus ex sententia: sacra anchora  
Soluenda erat, nostrisq; pugnandum triarijs.  
Hed. Adeo inuoluto & nodoso loqueris ænigmata.  
Non hercle intelligo. Dia. Non hem. Hedy. Non Hedylogus ego  
Sum haud Oedipus. Dia. Nempe ego aperte dicā tum nescis &  
Includi quasi sagena, multorum milia hominum?  
Sagena haec est voluptas, qua seueros iam diu  
Frustra omni teloruin genere oppugnatos, tandem sub iugum  
Subigimus ille hac machina, hoc erat pulsandus ariete,  
Voluptatis species ob mentis oculos posita, adamantinos  
Irrisibiles & ferreos rapiet ad nequitiam titos.  
Quantumuis luctentur: si fixus heret viatus in animo  
Hac concussi balista, hac obruti cadent phalarica  
Quid intellectin? an nondum etiam hoc. Hed. Immo probē.  
Dia. Hac igitur nunc in harena desudascite.

Actus quarti Scena secunda.

Scazonetes.

Eubulus Dromo.

Eubulus

**H**ac illac circumcursa Dromo, caue sodes  
Villo consistas in loco: nisi iumentum  
Adductumq; prius curaueris herilem ad me  
Filium: idem porro vt faciant: quisquis est nostræ  
Familiae commoneto, si expetunt illum  
Saluum, audio in puerum fallaciam intendi  
Inevitabilem: nisi iuuamus nos,  
Et summa nitimur ope: nam voluptate  
Adoriri adornant, violento admodum telo &  
Ingente non temere aiunt fabulae, visa  
Medusa in faxa extemplo abiisse eos qui illam  
Vidissent: sic Diana quoque suum arbitrum  
In ceruum mutauit, ratione eadem, quum  
Voluptatum illecebra deuinxerit fese  
Semel animus: ingratiss eadem relabetur  
Ad consilia, quasi fuis ad volutabrum,  
Nec meminit aut virtutis, aut honestatis,  
Tanquam qui Lothon edit: patriæ terræ  
Redditur immemor è sue grillus recusauit  
Restitui, vt Circes biberat poculum: cantu

C O M O E D I A

Mulcti Sirenum, periere ratè subuersa  
Docent exempla hæc, vitè semitas illos  
Nunquam apprehenfuros, qui amplexi voluptatem:  
Hac deliniti sunt semel, amplius dico  
Aspectus exurit, detorquet ad praua  
Exest medullas incunabula æternæ  
Mortis cupiditates, transfundit in mentem  
Aegio animi fenestræ sedulo adseruet.  
Ne mors illac ad animum subdole irreat  
Hoc ut fuat: neruos intendit huc omneis  
Iniquus grec. Id. nostro nuncia raptim  
Ego hac approperebo: illac curfato tu  
Ocius, opus est facto. Dr. Opera dabitur, Eubule  
Vale nostrum iter vtriusq; bene deus veritat.

Actus quarti scena tertia  
Diabolus Dromo.

Diabolus.  
**N**um nostras ille, huc magnis qui affectat viam  
Gradibus non Megadori est, ut grallatorius  
Grandes gradit gradus: nimirum subolebit his,  
Quod machinamur, cludendus hic est mihi,  
Ne pugnam nobis siue turbam dat aliquam,  
Dum ad nequitiam in nostro docetur Aegio  
Ludo. Dr. Moue abs te omnem moram Dromo atq; age  
Hanc rem, ubi nunc illum inueniam: quod si quis mihi  
Eum indicasset: quiduis optatum feret.  
Dia. Abigendus ille hinc mihi est, heus tu apage sis  
Te hinc. Dr. Tu ire quemq; publica vetes via?  
Dia. Ita hercle vero veto: adeoq; infortunium  
Inuenies nisi celerem maturaris fugam.  
Dr. Atqui haec vis est. Dia. Sic sum nihil referat mea,  
Dum id quod volo modo impetrasso. Dr. Durus es.  
Dia. Nullus gratiam moror aut ingratias,  
Maleficio adiungere mihi non beneficio  
Confueui hoies. Dr. Quin quo me herus ire vult suus?  
Dia. Quin nihil facio. Dr. Quin ingratis. Dia. Quin negas  
Polidnam. Itan pergis mastigia? hu vapula,  
Dr. Hei mihi, sed ecum quem quæro, dictator en  
Nihili in minimi precij senatu præsidet:  
Nec mihi conferre cum homine sermonem licet,

Neque

DE SAMARITANO.

Neque malarum rerum autores refellere.

Actus quarti scena quarta

Octonarij Septenarij Senarij, Iambici

Septenarij Trochaici nonnulli.

Aegio Hedylogus Gulo Diabolus.

E Cad Sarcophilia amat nos? He. Amat? an ardeat potius reg?

Ac. Ain? H. Nō sic flammuomis ignibus Aethna flagrat.

Ae. Polbeas

Me. G. Misera somniet te cogitat, te deperit, ita se

Cruciat, macerat afflxit misera p̄ amore, fastidirier

Se abs te si sentiat; perierit ē vestigio

Prudens, volens, videns, viuensq; sic deamat medullitus?

Non est quod cauferis, non amari cuiq; incognita;

Vnde hinc notio me? Aeg. Pulchrē scrupulum ex animo eximis.

Gu. Dum virtutes prædicto tuas, quasi Naphtha incendio

Rapitur. Hed. Vt ingenua est & liberalis: oppido est

Aegre illi, tam arte contenteq; haberi te, nam spiritus

Generosus, libertatis est amans, proinde te citat

Libello venereo: hem same literas fui amoris indices

Ae. Sarcophilia Aegioni ex aio plurimam

Dicit salutem, mi animæ misereat tui

Te, vt me tui misertum est, itidem te mel

Iuxta misereat mea voluptas, mel meum

Mea lux, meus ocellus, mea Vita, corculum

Meum, amore langueo nimio, & instar niuis

Sole incandescente liquefco, nisi te meli

Misereat itidem, vt est misertum me tui:

Occissima sum, vt tu etiam es occissimus,

Veni duos yna setia opera, si duos

Nolis: vt me malo dignam exitio putas:

Tu indignus es: qui intreas, sis curæ tibi,

Veni mi pulle, veni mi passer, careeris

Tui desere pedorem, fuge tyrannideñ

Duri patris, qui te geniumq; nobilem

Istum, omni fraudat fructu gaudij, vale

Palestra ex Hierichontea, ô iterum vale.

Vix apud me sum, sic ardeo, æstuo cupidine.

Dia. Heus flagricibz adicite virus serpentibus, & addite oleum

Camino, quem petat turdus cibum à transenna ostendite

Hed. Oke teneo, yin Aegio videre tuq; vultus candidum

Veneris, & luculentam formam, ocellos perq; amabiles

Colorim verum, os roseum. Ac. Iam dudum istuc gestio

C O M O E D I A

Hed.Hem vide.

Sarcophila hic saltabit cum Cupidine,  
Marte,& Como latronibus.  
Actus quinti scena prima,  
Senarij Iambici.

Hedylogus. Aegio Eubulus.

Hedylogus.

**V**Iden quām sint tibi secundæ, de tuo  
Amore res omnes? quid senti? Aeg. Admodum,  
Hed. Nimirum senticeto inhères aspero.  
Aeg. Vbi tu quæ tam imperiosè vadimonis  
Vadata es venereis me? ocelli me tui  
Cepere, leues nutus, collum tornatile,  
Te suspirò, te inhio, ad te mea vita aduofo.  
Eub. Cursando atq; ambulando contriui hunc diem,  
Nec quem quaro inuenio Aegionem. Sed quis est  
Delirus ille, temulentus, lymphaticus?  
Au. noster est: is de quo agebam: proch deī  
Fidem atq; hominum? quis ad hunc te exagitat modum?  
Qua te intemperia, qua larua aut monstra stimulante  
Aeg. Totum me Sarcophilia tenes: duc quo libet.  
Vbi sum neficio vbi sum, ibi non sum, atq; vbi  
Non sum, ibi animus est meus. Eub. Ad mentem obsecro redi.  
Eheu quo Corycei te pepulere? quo  
Redegeret redi oro in viam. Ae. Lux mea, mea  
Animula, mea voluptas ad te vernulum ô  
Meum propere ruo. Eu. Perit occisa est salus  
In pertusum ingero dicta irrita dolum,  
Quid verba mortuo facio? versabere  
Aegio hodie verberibus, atq; incommodis  
Augeris, frigere vt cicer, vt incus miser  
Cuderis, plagis, flagris, sanguine horridus.  
Aeg. Hierusalem vale, vale longum. Eub. Male  
Conciliate peris: eo vt apportem nuncium  
Patri cuius minime optet fieri particeps.  
Meq; expediam qua suspectus sum noxia.

Actus quinti scena secunda  
Septenarij Trochaici & Iambici Senarij.  
Diabolus Comus Mars Cupido

Latrones, Aegio,

Dia, Agite

DE SAMARITANO.

Diabolus.

**A**Cite sacri adeste symmictæ,plagipatida appetit,  
Appropinquat insidiis.Æg.Egressus urbem commodum  
Sum,ecce moles quædam arrietat,cōcussatq; cor mihi,  
Et dolor animum intestinus fodicat tanquam spiculo.  
Præfagit mali mens quippiam,redeam ne an progrederi  
Pergam:redeamus non si ipsa me reuocet falus  
Amenitatis omnibus prior est Venus  
Mea,ô te iamiam amplectar.Latron.Deglubite hominem  
Dispoliate,exuicias auferemus.Aeg.Hei misero mihi.  
Latro.Impurum operiamus flagris,fustibus,tuber caput,  
Et reliquum corpus reddamus,ex suis virtutibus  
Ornate,plagis huncerate,occidite.  
Diab.Bené habet,auferte prædam,en semianimus iacet.

Actus quinti,scena tertia

Trimetri Iambici & Trochaici uno cum Dimetro

Megadorus.

**D**E isthac Eubule requieretus esto,te  
Extra noxam esse sat scio,ne lachryma  
Nobis ratio inita est,illius vt sita  
In tuto res sit,Samarites meus vnicus  
Mea potentia,meus sermo,meum brachium,  
Verum aget Samariten,voci congruet suæ.  
Seruatum curabit nobis & redditum:  
Verum ne tanti temerè redimam,perditum  
Tentabo primum minimo,deinde paululo.  
Quodsi non queam,at quanti queam  
Hac gratia Sacerdotem cum victimis  
Legabo,siquidem iuuerit:sin hoc minus  
Leuites ibit legibus instructus sacrif:  
Postremum destinabo Samariten meum.

Actus quinti Scena quarta.

Trimetri vt superiores.

Sacerdos.

**I**N lauta ne esse parte mea,atq; acta bene  
Censeo,cui aduersus violentiam hostium  
Obsidientium hæc itinera,dedit deus hostias  
Quibus bend si vtar,proprietetur mihi pater  
Cæterum illi tam indignis exemplis saucio  
Nihil queant conferre,doleo seminecis vicem

Actus quinti Scena quinta.

Trochaic septenarius

C O M O E D I A

Leuites.

**N**on est ultimæ infelicitatis duendum loco,  
Si cui coelectis mysterijs tradita sunt oracula;  
Præscripta à deo lex & magni decreta numinis  
Crædita sunt nobis, quibus quid phas sit, quidq; sit nephæs  
Exploramus haud inscitè, sicut lapidem ad Lydium.  
At bruto, insulso, satuo si hæc enarrare occuperis,  
Nihilo plus agas, quām si des operam ut cæco purpuram  
Offeras dijudicandam, aut surdo referas fabulam  
Quin irritamenta & illecebros peccandi suscitant,  
Nisi Deus refundat mentis impetum, & præmoliat  
Animum. Proin quum lex mea præfidijs nil ferre huic queat  
Quid agam? miseret me quidem, atqui rusticus est inscritia  
Ær umnosum adire ægrum, quem neq; re neq; verbis iuues  
Progredior igitur, mando illius affecti curam Deo.

Actus quinti Scena sexta

Trimetri lambici

Samarites. Ægio.

Samarites.

**N**on me piget agere, quod fugitant liberalijs  
Qui cum paternæ fontem munificentia  
In alienis aliquanto vberius sentiunt  
Aperiti, metuunt posse tandem claudier  
Sibi ad fundum profusa abierit largitas  
Benignitatis idcirco præcidere  
Venam, operam dant, ego contrâ sicuī benefacit  
Pater, ex animo gaudeo, si quē mittit manu  
Approbo in hæreditatis ampliæ ius mee  
Adoptat, id sane lubente me facit:  
Si male meritum beneficia adiungit sibi,  
I laudo, ad solem comparo, qui lumen omnibus  
Fruendum vltro suum dat, si quenquam abdicat  
Ob flagitia, quæ facit illiberaliter  
Animi me angο, quod possum emitor sedulo  
Manibus ac pedibus qui restitutur gradum  
In pristinum, & in idem vīg̃ insto incumbere  
Ach quantam adfert animo meo ægritudinem  
Adoptati iampridem fratri calamitas  
Eheu videns horresco, sanguine fluidus  
Corpo lacero, vulneribus alte hiantibus  
Sanie arq; tabo squalidus, aspectu horridus  
Iacet, eheu oculis triste spectaculum meis

Videns

DE SAMARITANO.

Videns excrucior, commouentur viscera  
Mihi omnia, quo inihi iumentum, vinum & oleum?  
Nisi hęc p̄frat̄re post putem⁹ v̄raq; vbi opus est?  
Quid cesso adire, atque oleum vinumq; addere.  
Cruentis plagi⁹ Frater euge, animo es bono.  
Sodes ne metue, en infundo charismatis  
Tibi gratuti oleum, quo sis gratus deo &  
Charus & electus, hoc est oleum gaudii  
Atque exultationis. Itidem v̄sus meri  
Qui sanguis tua est plagi⁹ conferit adhibitus  
Quis circumuerso magno studio linthea  
Vt fotæ melius coeant, tibi nempe scelera  
Remitto, & charitate tegō te colloco  
Meum in iumentum qui commodius hoc iter  
Conficias, & incarnationis te meæ in  
Vehiculum traduco, quo languores fero  
Cunctorum, namque ego plexus sum humanum ob scelus  
Quiesce hic. Eg. Merito maximam habeo gratiam  
Tibi, ab oreo in lucem & vitam reuocas, eram  
Nullus, restituis me, excideram omni spe, patris  
In gratiam reducis me, meritissim⁹  
Amo te. Sama, Itam fac teneas mentem, & quid  
Possem amicus, comperties magno tuo bono

Actus quinti Scena septima  
Trimetri Iambici cum septenario.  
Stabularius. Samarites. Egio  
Stab.

**S**tabulum hoc est Pandochium hic constituit herus  
Receptandis curandisque familiariter  
Peregrinis vniuerſis, qui huc diuerterent.  
Meque hospitem dedit, hospitalem æquæ omnibus  
Esse iubet, duci qui nolit, iubet trahi  
Pr̄j exemplo Abrahæ & Loth: quod sumptifacio  
Suppediat de suo, nec sumptus sumptui  
Dicit, quantumcumq; expendo, semper dati  
Rationem superat acceptum, sic copia e  
Cornu influit, intendere me semper & erigi  
Occasionem in omnem mandat, deputat  
In lucro sibi, quod benefit de suo, exeo  
Itaque huc obseruatum, ne quis beneficij  
Expers prætereat: sed quis hic est, videon Herum?  
Certè ipius est, Salve iterum atque iterum optato ades

Herc

C O M O E D I A

Here. Salutar. Credo, quia seruis tam liberaliter.  
Stab. Si quid ago aut eg̃i quod placet, gaudeo euidem  
Idq; esse gratum tibi beneficium æstimo.  
Samar. Huc fortunatē ades æger, si cui contigit  
Vnquam auspicato esse ægro. Aeg. In me istuc competit  
Idq; immetitissimo, hocq; est maior gratia  
Ad amicitatem atq; venustatem congruit  
Tam aperta, humana inexpectataque  
Mihi liberalitas. Samar. Itue recte. Stab. Sine  
Te adiutem Here: renuit en quām familiariter  
Introducit, quæ gerat arbitrari lubet  
Hic per ruinam. Proch summe deus, quām leuiser  
Depositum demulcet, curat, lauat, souet,  
Solatur, nullis denique verbis dicere  
Queam, quanta pius sedulitate studio &  
Quasi officiorum sollicito certamine  
Totam hanc emensus est noctem, videre me  
Iuuat, iuuat v̄sc morari, nulla sentio  
Noctis tædia: sed nunc huc egreditur foras  
Quicquid me obire muneris velis: tibi  
Me dedo, obsequiū quiduis impone, impera.  
Sama. Misero quod benefit id demum gratum est mihi.  
Proq; istis meritis gratum me & numen fore  
Olim cognoscea in die illa, v̄tq; grauida  
Gratia sit illa cumulatissimis bonis:  
Addoxi huc hominem calamitatibus oblitum,  
Quem tibi curandum mando, tradōque  
In accepta refer. Accipe, hem denarios  
Duos hos, quid si quid facias impendi  
Hac p̄æter, confice tabulas, atque id refer  
In rationes, & dum tecum in redditu puto  
Reduc ad calculum: reponamque ampliter  
Tibi. Stab. De isthoc animus in tranquillo est mihi,  
Lubens in hoc incumbam, & morem tibi geram.  
Vale, ô Here, concedo intro, vt ægri curam agam  
Congratulor homini, atq; gaudeo mihi  
Illi salutem, mihi parata premia

Motio

Spectatores, hic si manetis, denuo  
Huc illi dum exeat ad vos, perit opera  
Vobis, Intus conficitur negotium.  
Ægio comiter excipitur, in tus Pandochetus.

Num

DE SAMARITANO.

Nummos dispensat, qui si mihi sint crediti,  
Minime domi, sed in popina absumerem  
Neu Samariten expectate, haud hodie aderit.

PER ORATIO.

Tace verberd, quin spectatores optimi  
Agite, expectate venturum dominum, quia  
Vita vigilia est & palma posita est vigilibus  
Non temere est nec vacat mysterio, hospiti  
A Samaritano Christo non nisi duos  
Nummos, eosque argenteos decadi sacros  
In impensam dari, nimirum symbola  
Vtriusq; legis Moisei atq; Euangelie  
Aut pricipis vtriusq; madati vnde lex  
Dependet vniuersa, & magna oracula  
Vatum, haec argenti candorem sancta retinent  
Et puritatem, spectantque sacram ad decalogum  
Stabulario traduntur. Est Stabularius  
Autem omnis homo. Scriptum est deus de proximo  
Mandauit vnicuiq; sed huc non respicit  
Noster Samarites, designat enim ecclesiae  
Capita & columnas qui à Petro quasi per manus  
Lampada curfu accepere commissi gregis  
Curam, Petrus suis cum successoribus  
Est Pandocheus, illi nummi sunt traditi  
Euangelici: neq; erogare solum habet  
Illos: sed & alios sua pro industria  
Sed vestram spectatores personam Aegio  
Præfert, vos estis hiulci laceri, saucij  
Plagis vitiorum in�ctis à cacodæmone  
Semper sollicitante ad pessima, ne metuite  
Tamen vbertim vino madetis & oleo  
Christi, alligatis vulneribus feliciter  
Oleum spiritus est sanctus, his nouissimis  
Diebus effusus in omnem carnem, deus  
Omnes saluos vult fieri, vinum sanguis est  
Eius in eo tincti estis, & vt erratica  
Ouis reducti in stabulum moriens omnia  
Ad se traxit dominus. Alligatio  
Vestrorum vulnerum numinis est charitas  
Qua donat, delet, abolet vestra crimina  
Veruntamen adhuc infirmi estis; nam care

Nestio

C O M O E D I A

Nescio quo fato est regia ad munia spiritus  
Quapropter Pandocheo cui vos tradidit  
Iesus, ex animo morem gerite, & ut  
Paulus ait subiacete. Per uigilat enim  
Pro vobis. Ergo in Pandochio beneuoli  
Curatorem admittite, simul cauete ne  
Eius præcripta despiciatis. Sic dies  
Hic vobis fortunatus fuerit. Plaudite.

C O M O E D I A E   F I N I S



TANGIT MONTES



ET FUMIGANT

ANTVERPIAE

Typis Guilhelmi Montani. Anno salutis huma  
næ sesquimillefimo trigesimo  
nono

†

